maiori minorennitate successorum, legatione intra vel ex:
1934 tra Regnum servitio militari, ad munimenta ad quaelibe:
rem, vel aliis quibusvis, dilationibus et legalibus impe:
dimentis non differendo ad quietationem praeterea
ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis
Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo
nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutio:
nes faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus
vel triplicatis, Citationibus, suspensionibus, fatalibus Juris
praescriptione Terrestri, bello Conventione, ac aliis omni:
bus Juris remediis et defensis non subterfugiendo
nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesen:
personali recognitione ad praemissa omnia et sin:
gula mediante.

Ilnicki Jaroszowicz Ilnickiemu Mikitycz Obligat

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus
1935 Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Stas
Ilnicki Jaroszowicz Sanus mente et corpore existens a
Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis qui:
busvis propriis et competentibus recedendi praesenti
vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni
quo ad actum praesentem attinet secum successoribus ac
bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in
corporando atque subyciendo palam libere publice ac per:
expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria
et haereditaria infrascripta videlicet zagrodę Jurkowską
nazwaną alias tylke ogrodzeny inter metas ab una sui Reco:
gnoscentis, ab altera vero parte de Sotolia Stankowięc
item pola ornego częśc pod Kiczarcy nazwane Hawrzo:
wską inter metas ab una Magnifica Jurkowa ab altera
vero parte.

+

Vero parte infrascripti Nobilis Michaelis Ilnicki Mikitycz
item na inszym mieyscu, takze pola ornego częsc na Celawinim
inter metas ab una Nobilis Olexa Matkowski, ab altera vero
parte Honesti Wasily Pawlowicz Zannik in bonis Villae Lesi- 1935
niec Terrae et Districtus praesentis Premisliensis, iacentia et con-
sistentia cum omni praemissorum Jure Dominio, proprieta-
te titulo obligatorio, cumque omnibus et singulis bonorum eo-
rundem Utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus com-
modis emolumentis, obventionibus attinentiisque et perti-
nentiis generaliter Universis, nihil ex praemissis Juris Do-
minij proprietatis, ac cuiusvis competentiae et praerogativae
pro se Recognoscente, suisque successoribus, aut quopiam
alio reservando seu excipiendo, verum ita late longe cir-
cumferentialiterque, prout eadem bona ipsomet Recogno
scens, tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant
ac eidem legitime serviebant. Jam ex nunc et de facto
suprascripto Nobili Michaeli Ilnicki Mikitycz eiusque po-
steris in summa Centum Quinquaginta Florenorum Polo-
nicalium, iam per se recognoscentem realiter levata et
percepta de qua praesentibus quietatur, hinc et ab actu prae-
senti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post unum
Annum proxime venturum incidens, et in defectu protunc
eorundem bonorum Exemptionis summaeque memoratae Cen-
tum Quinquaginta Florenorum Polonicalium totalis et inte-
grae realis persolutionis ex tunc de anno ad annum Festo ad
Festum per simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apo-
stoli sese determinante, annis et Festis continue et imme-
diate sese sequentibus, usque ad Exemptionem bonorum
eorundem, summaeque memoratae totalis et integrae rea-
lem et effectivam persolutionem obligavit inscripsit et
invadiavit, prout obligat inscribit et invadiat praesen
tibus. In qua quidem bona praemissaque omnia praesentibus
per se Recognoscentem obligata et invadiata, iam ex-

nunc et idem Recognoscens, Nobilis Stas Ilnicki Jaroskowicz
1936 praefato Nobili Michaeli Ilnicki Melechez obligatario suo eiusq
posteris, Coram officio praesenti dat et admittit realem Intro:
missionem, et actualem pacificamq possessionem, per Illmi
Senescalem quemcunq Competentem et Nobiles duos, die qua:
cunq voluerit officiose acceptandam. Ipsisque obligatari:
o in suum ipsiusq successores, haec eadem bona Omissaq
omnia, praesentibus inuadiata, cum universis eorum
Vtilitatibus ac Vsufructibus, attinentiisq et pertinentiis ge:
neraliter omnibus, tenendi, habendi, et possidendi, illisq
quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad Vsus suos suorumq
Successorum, quosuis beneplacitos, libere et effectualiter Con:
uertendi, modo ac Iure obligatorio. Debetq et tenebitur
memoratus Recognoscens Nobilis Stas Ilnicki Jaroskowicz
prout se ac suos successores, in et super bonis suis genera:
liter omnibus, summisq pecuniariis quibusuis habitis et
habendis, eidem suprascripto obligatorio suo inscribit et
obligat praesentibus, ipsum et eius Successores, in dictis bo:
nis praemissisq omnibus praesentibus per se Recognoscen:
tem, inuadiatis, et ratione eorundem omnium ab omni et
quauis impetitione Iuridica, quarumcunq personarum cu:
iuscunq Conditionis Status et sexus cuiusuis existentium
ex occasione praemissorum, modo quouis exorienda.
in omni Iudicio et officio Regni Semper toties quoties
opus fuerit, tueri defendere, euincere intercedere, ac eli:
berare, indemnemq cum posteris reddere, necnon haec eadem
bona praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscentem
obligata et inuadiata, ab omnibus in genere Iuribus et In:
scriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa orta
modo quouis, cuiuscunq personarum factis et faciendis
tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona
suprascripta modo quocunq importatis et importandis, Lu:
cris denique et paruentis processibusq Iuris quibusuis

in quocunq

in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super præmissis omnibus præsentibus obligatis, modo quovis perductis et perducandis, emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere ac etiam Intromissionem præfatam coram officio præsenti admissam, in fundo bonorum eorundem præsentibus inuadiatorum, dum per Ministerialem quamcunq Competentem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admittere, dataq et admissa eadem possessionem et usum fructum præmissorum omnium præsentibus inuadiatorum, quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non præpedire nec adimere, ipsumq obligatarium suum et illius posteros in præmissis omnibus præsentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita ut hæc eadem bona præmissaq omnia præsentibus inuadiata, is idem obligatarius suus cum suis posteris, quiete et pacifice præsentis Inscriptionis obligatoriæ, vigore tenere habere et possidere queat, illisq uti frui possit, usq ad exemptionem bonorum eorundem, summæq memoratæ totalis et integræ realem et effectivam persolutionem. Idq sub vadio similis summæ Centum Quinquaginta Florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem, sive eius successores supra scripto obligatario suo, ipsiusq successoribus ob non completionem præmissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbenda. Pro quo quidem vadio modo præmisso ad solvendum succubito, ac pro reali qua principali ex præmissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Stas Smicht Jaroszewicz, sive eius successores, ad instantiam præfati Nobilis Michaelis Smicht Militycz, obligatarij sui sive eius 1537

Successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Prae:
mysliense, ex bene recessu suprascripto, quo ad respondendum
1930 spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tan:
quam peremptorio, stare Juri parere, respondere Vadium
praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudi:
catum pati debebit et tenebitur, Seq ac suos successores ad
eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Termi:
num primum peremptorium, Iti et alios omnes exinde
Consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptor:
ios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successo:
rum, Legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari,
ad munimenta ad Eucidarum, Vel aliis quibusuis dilationi:
bus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietatio:
nem praeterea, Ultra proximos officii praefati Castrensis Ca:
pitanealis Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non
recipiendo nullasq motiones, appellationes, ac earum
prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis sim:
plicibus, Vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fata:
libus Juris praescriptione Terrestri bello, Conventioneq, ac
aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo
nec modo alio quouis evadendo Hac sua praesenti per:
sonali recognitione ad praemissa omnia et singula
mediante.

Brzescianska et Kleczynski
Intercisam mutuo Roborant

123 Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi
Zophia de Lebiedno olim Generosi Caroli Brzescianski
Consors relicta Vidua ab Una et Ludouicus Kleczynski
Camerarius Terrestris Praemysliensis parte ab altera sa:
ni mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus
Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et com:
petentibus